

76

¶

Incipit prologus in compendium theologiae veritatis.

Veritatis theologiae sublimitas cum supermi sit splendoris
radius illuminans intellectum. et regalium deliciarum diuini
reficiens affectum. De magistrorum theologorum scriptis breue
opere colligere dignum duxi. quo ut emite mater fastidif
plexitas. Et tunc ad inuestigandum plura via des. et occasio sapientie. Theo
logia ceterarum scientiarum est princeps omni et regina. cui artes ceterae tam
pedissequae famulantur. Nam de naturis rerum illa solum ad usum suum acci
pit. de quibus sibi speculum fabricare valeat in quo aspiciat adiutorem
Hec est scia scientiarum quae super omnem speculationem philosophicam extollit
Et dignitate ac utilitate omnibus auferat. Ipsa enim philosophia cum in naturalis. et ro
nalis. et moralis distinguitur. Philosophia quidem naturalis licet doceat agnoscere
creatura. Rationalis vero licet doceat adcludere hominibus. non tamen dyabolo.
Et philosophia moralis licet doceat acquirere virtutes consuetudinales. non tamen do
cet acquirere caritatem. Nostra vero philosophia scilicet veritas theologica hec
omnia operatur. Docet enim deum agnoscere. dyabolo resistere. caritatis exercitiis
insudare. Hec est enim diuinorum pigmentorum apotheca delectabilis super
mel et fauim. Hec quoque thesaurus est desiderabilis super aurum et lapides
preciosum multum. hec fons est. Nihilominus de loco voluptatis egre
diens. ecclesie militantis irigans paradysum. Denique prius scriptum in septem
libellos distingui. et singulas in vno quoque materias rubricis propriis con
signari. Primum est de natura diuinitatis. Secundus est de operibus conditoris
Tertius de corruptela peccati. Quartus de humanitate christi. Quintus de
sanctificatione gratiae. Sextus de virtute sacramentorum. Septimus de vitiis
et peccatis. et de premiis beatorum. Sicubi ergo in hoc
scripto deniaui parcaui michi quia ignoras feci. ubi vero recte processu lau
des gratia ihesu christi. Ad cuius honorem et beatissime matris eius prius
etiam opusculum compilauim.

Explicat prologus. Incipiunt
tituli capitulorum primi libri.

Q uod deus est	i	Q uod spiritus sanctus caritas et do num sanctorum est	ix.
Q uod vnus deus est	ii	Q uod in trinitate personarum essen tie est vnitatis	x.
Q uod vni solum principium est	iii	Q uod multiplex trinitas est	xi.
Q uod pater est	iiii	Q uod equalitas personarum est	xii.
Q uod filius est	v.	Q uod inter essentialiam et perso nam differentia est	xiii.
Q uod filius ymago patris est	vi.	D e immensitate dei	xiiii.
Q uod spiritus sanctus est	vii.		
Q uod spiritus sanctus amor patris et filii est	viii.		